



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Secunda pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Sermo

in impregnatione. peperit. panis inuoluit et reclinauit in presepio. lacte purissimo abauit. et fouit honestissimo gremio. timore Herodis cum eo. fugit in egyptum. eum predictum tribus diebus requisitum. et tandem in medio doctorum reperit sedentem in templo. triginta tribus annis eum secuta est. quocumque ierat ministrans ei. morienti in cruce assistit: et corpus ipsius cum multis lacrimis sepeluit. omnia namque misericordie opera que ad vitam adiuuant pertinent. ipsa circa christum expleuit quorum aliqua enumerat Bernardus in sermone assumptionis dicens. ut breuiter sex misericordie opera percurramus. beata virgo non querit ex nostris. sed summum dei filium suscepit in utero. nudum carne operuit et pannis esuriens paut. sitientem lacte potauit. infirmum per infantiam non solum uisitauit. sed etiam fouendo leniendo gestando frequentauit. et omnia exhibuit humanitatis opera. hec est ab Isaac lunamitis quesita in omnibus similibus israel ut staret coram rege. et ministraret ei. ut dicitur. 3. Re. 1. c.

Secunda pars.

Secundo cum dicitur. Que stetit. ponitur interpellatio Marthe de Marie otio. et tria facit primo ponit Marthe occupatam. que Martha ministras: stetit: multum enim curis occupata. nec valens incepta perficere. stetit nesciens quid ageret. quod etiam frequenter adiuuus euenit. quia tantis superuenientibus uerantur occupationibus. ut occurrat in mente cepta relinquere. cedere officio plantationis. secreta petere monasterii. et operaret mundi solitudinem postponere. unde legitur Numeri. 11. quod Moyse cura populi israel intoleranda res uisa est. dixitque ad dominum. Quare afflixisti seruum tuum. quare non inuenio gratiam coram te. et cur imposuisti pondus uniuersi populi humeris super me. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem. uel genui eam. ut dicas mihi non possum solus sustinere omnem hunc populum quia grauis est mihi. Similiter tibi uidetur obsecro ut interficias me. et inueniam gratiam in oculis tuis. ne tantis afflictionibus malis. Secundo ponitur Marthe lamentatio: Et ait. non est tibi cura quod sororum mea reliquit me sola ministrare: tot enim negotiis occupantur adiuui et anxiantur. quod quasi uideatur deus ipsorum curam non habere. 1. Cor. 9. Nunquid cura est illi de bobus. boues suo opere adiuuos significant. non tamen relinquit eos sine cura qui dixit. Luc. 10. curam illius habet et quodcumque superogaueris. ego cum uenero reddam tibi. Nam uita contemplatiua hanc non ministrat exterius. non tamen relinquit adiuuam. sed parat ei interius contemplationis et quietis lectum. ubi post labores quiescat. sap. 8. intras in domum meam et quiescat cum illa. non enim hanc amaritudinem auerfacit illis

nec tedium quietus illius. sed leticia et gaudium. **T**er-
 cia ponit imploraco auxilii: dic ergo illi vt me adiuuet: aug.
 de v'bis d'ni. quo inqt putam9 maria timuisse ne diceret ei. do-
 minus surge adiuua sorore tuā mira em suauitate tenebat. qz
 profectio maior est refectio mentis. q' ventris. Nota qz dum su-
 mus in p'nti vita oportet Maria adiuuare Martha. et mar-
 ta adiuuare maria. sicut em frat qui adiuuat a fr'e. sunt quasi ciui-
 tas firma. vt d'r. Prover. 18. ita iste due sorores mutuo se ad-
 iuuantes. firmū mentis faciunt edificū. si em adiuua vita non
 ministraret necessaria. contemplaco vacare non possemus. et rur9
 si contemplatio nō reduceret adiuuaz ad quietē intrinsecā mentis.
 fatigata adiuua deficeret. puerbialit dicit q' vna manus alteraz
 lauat. In vitasp'm legitur q' frater quidā venit ad abbatē sil-
 uanū. et videns fratres opantes manib9 ait illis. Nolite opari
 cibū qui perit. qm Maria optimā ptem elegit. Et p'cepit senex
 cuidā fratri vt mitteret eū in cellam. vbi nihil esset ad māducā-
 dum. Et cū esset hora cibandi expectabat frat ille hospes. si for-
 te vocaretur ad prandiu. Et cū nemo eum vocasset. surgens ve-
 nit ad fr'es dicens illis. Comedistis hodie. et r'ndit senex etiaz
 Quare dixit ille nō me vocastis Et ait senex. Tu qui spūalis es
 cibo illo nō indiges. quo nos carnales indigemus ppter quod
 et opamur Tu nanqz cū Maria optimā ptem elegisti. tota die
 legens. Quib9 ille auditis pstratus p'cūit veniaz. ad quem ab-
 bas. Maria indiget Martha. et oportet alterā alteri subuenire
 Hinc est etiā q' in eccl'ia p'dicatores suscipiunt ab auditoribus
 necessaria. quib9 xp'i ministrant spiritualia &c.

Tercia pars.

Ercio cum dicitur Et respondens. tangitur sententia
 xp'i qua Marie quietem prepulit Marthe exeratio.
 vbi tria tanguntur. Primo enim ostendit domin9 q'
 opus Marthe attendebat. vnde dicit: Et respondes
 dixit illi dominus: Noluit Maria aliquid respondere v'bis so-
 roria. sic enim erat intenta h'monibus xp'i. q' vt dicit Augusti-
 nus causam suam potius voluit amittere iudici. ne laboraret in
 respondendo. si em pararet respondendi sermonē. remitteret au-
 diendi int'ctionē: Martha martha: Augu. repetitio nominis
 iudiciū est dilectionis aut forte monende intentionis vt audiat
 attentius. contemplatiui em semel vocati. statim attendunt verbis
 christi. h' adiuui. qz ad exteriora distracti sūt. bis indigēt. vocari
 a d'no. vel forte repetitio nois mltiplicitates curaz insinuat deide
 laudat sollicitudinē eius. qz ex caritate erat: sollicita es. i. anxia.